



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

DXV. Instrument über die dem Bischofe Hieronymus auf einer Synode zu Ziesar bewilligten Abgaben und das Ausbleiben des Wittenberger Clerus, vom 22. Juni 1512.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

Winspel Roggen jerliche plege dar syne ehelike huffrowe Elifabeth dorch unse vorfaren mit beliff gedinget ist und upp der Molne darfulnest tho Fretztorpp verlegen hebben und verlygen demseligen gores Tylen solchen Winspel Roggen also, oft dy gedachte syne eheliche huffrowe Elifabeth van Dodes aue gynghe eher he, dat he alsdenne sodanen einen Winspel Roggen jerliche plege von der suluigen Molne tho Fretztorpp dy tidt synes leuendes und nicht lenger jerlich vor uns und unsen nhakomelingen magh hebben entfangen und In synen nuth brengen, Und uns ock unfern nhakomelingen darvon schall dhon und dynen alse lehen gewonheit und Landes Recht ist, und dy suluige syne fruwe Elifabeth schall den Winspel roggen tho lyffgedinge hebben alle lyffgedinges Recht und gewonheyt ist, doch uns und unsen nhakomelingen In den Renthen an der bemelten Molnen to Fretztorp und ock eyns Jedermans Recht unschedelich. Tho orkunde mit unfers Capitels Ingefegell anhangende versegelt und gegeben nach der geborth Christi Im vesteynhundert und Elften Jare, Sundagg am Dage Clementis des hilligen Bischofs und Martyrs.

Brand, Copialbuch III, 43.

DXV. Instrument über die dem Bischofe Hieronymus auf einer Synode zu Ziesar bewilligten Abgaben und das Ausbleiben des Wittenberger Clerus, vom 22. Juni 1512.

Anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo, indictione quinta decima, die vero Martis, vicesima secunda mensis Junii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii divina providentia pape secundi anno nono, hora tertia, Reverendus in Christo pater et dominus dominus Hieronimus dei et apostolice sedis gratia ecclesie Brandenburgensis Episcopus venerabiles et honorabiles sue diocesis prepositos Decanos ac provifores curatos et non curatos pro celebranda synodo vocari et citari fecerat et mandaverat. Comparentibus igitur venerabilibus viris dominis Friderico Brizke Brandenburgensi, Georgi Maskov Liezkenfi, Theodorico de Schulenburg Doctore Berlinensi, Johanne de Thumen Doctore Bernoviensi, Gregorio Wener doctore Angermundenfi ac Georgio de Alem Templinensi prepositis, nec non Petro Kleinmidt Zervefensi ac N. Cosvicensi decanis cathedralium et collegiatarum ecclesiarum Brandenburgensium prelati ac nonnullis presbiteris de et ex sedibus districtibus sive Bannis Beliz, Briezen, Juterbock, Cosvick, Zervist, Lezka, Ziesar, Brandenburg, Rhatenov, Nauen, Spandov, Bernov, Zedenick, Templin, Angermunde, Fredeland, Struzberg et Berlin pro celebranda comparentibus ac ad id congregati. Volens idem dominus Reverendus dominus Hieronimus Episcopus videre et experiri an de singulis sedibus pro more et consuetudine hactenus observatis saltem duo ex presbiteris seu clericis beneficiati, qui aliorum nomine negotia in synodo proponenda tractarent, forent presentes; Reperit de singulis sedibus aliis duos nomine aliorum clericorum missos absque . . . quod quidam Gregorius Hainis de Bruck et Sebaldus Stigeler ex Wittenberga assererent, se nomine clericorum sedis Wittenberg comparere exhibentes mandatum constitutionis nonnullorum clericorum in instrumento publico notatorum non tamen singulorum clericorum. Quo per Reverend. Dn. Dn. Hieronimum Episcopum viso, ac comperto ac ex confessione eorundem Gregorii et Sebaldi, quod non forent clerici ordinarii neque clerici seu beneficiati Brandenburg. diocesis aut dicte sedis Wittenberg; Idem Reverend. Dn. Episcopus tam eorundem Gregorii et Sebaldi assertum mandatum eorundem comparitionem

insufficientem, nec non Clerum Wittenbergensem citatum non comparentem merito prout fuerat reputat contumacem, et in eorum contumaciam de consensu scitu voluntate et sciencia omnium et singulorum prelatorum et presbiterorum ex sedibus supra dictis hinc inde deputatorum et consentientium ad actum sinodalem procedendum duxit atque processit, et inprimis invocato auxilio divino per decantationem solennis antiphone Veni Sancte Spiritus et aliqualem exhortationem ad clerum presentem de et super emendatione vite et defectuum ad gratiam suam delatorum pronuntiari et publicari, nec non et suas et ecclesie sue Brandenburg. necessitates et onera exponi fecit sub verbis subsequenter. Constat namque evidenter procuracionem pro sustentatione Episcopi a jure permissam, constat etiam civitates oppida, terras, castra, census et redditus ad Reverend. Dn. Episcopum Brandenburg. ratione Episcopatus et ecclesie Brandenburg. spectantes per antecessores Episcopos Brandenburg. adeo oneribus et censibus gravatos et obligatos, quod sua reverenda paternitas ex eisdem vix census aliis venditos exsolvere possit. Unde etiam venit quod dicta loca castra opida et civitates in suis edificiis ruinas minantur. Constare etiam — Dominum Brandenburgensis ecclesie Episcopum pacem et quietem veram suis subditis hucusque deo adjuvante conservasse, quodque sua paternitas absque modica familia — expedire non possit, pro quibus sue Reverend. paternitati simplex procuratio solvenda nullo modo sufficit, sed neque his temporibus duplex procuratio suam gratiam in nullo relevaret immo cogeretur dictas terras opida et castra plus onerare et suis creditoribus obligare, Unde ex tunc ut tandem Episcopatus in suis redditibus omnino deficeret. Evidens igitur atque urgens necessitas suam cogit gratiam, triplicem et aliquando quadruplicem petere procuracionem et ultra procuracionem subsidium caritativum ut taliter suis aliquo modo possit ab oneribus relevari.

Et his expositis idem Dn. Reverendus a prelati presbiteris beneficiatis et clero sue dioceos procuracionem quadruplicem unacum subsidio caritativo ex fructibus ecclesiarum et beneficiorum sue dioceos ad relevandum onera sua et reficiendum edificia desolata petiit et postulavit. Qui quidem prelati presbiteri et clerici habita deliberatione quadruplicem procuracionem aut subsidium per Dn. Reverendum non fore petendum pro eo, quod elapsis annis subsidium caritativum cum quadruplici portione tunc inita concorditer reddidissent et postulassent petentes humiliter quatenus sua gratia de simplici procuracione ac duplici procuracione loco subsidii et ita ex toto in triplici procuracione dignaretur esse contenta. Ex tunc altera vice in subveniendis necessitatibus sue gratie se vellent exhibere obediens. Et quia tunc instabat hora prandii, Reverendus Episcopus prelati et clerici hujusmodi negotiis ulteriorem expeditionem in horam primam post meridiem prorogavit. Qua hora adveniente et iterum necessitates et onera tam Reverendi Domini Episcopi quam ecclesie Brandenburg. mature penfantes post multas et varias deliberaciones et interlocuciones hinc inde habitas singuli prelati ac Clerici presbiteri presentes et nomine aliorum clericorum in procuracionem vulgariter nuncupatam triplicem videlicet simplicem loco procuracionis anni currentis et duplicem loco subsidii charitativi de anno presentis tempore visitationis solvendam concorditer et expresse consenserunt et concluderunt. Prefati vero Gregorius Haynis de Bruck et Sebaldus Stigeler procuratores nonnullorum clericorum Wittenbergensium de hujusmodi suis principalibus referre ac cum eis desuper velle interloqui nec non quantocius Reverendo Domino Episcopo Brandenburgensi velle respondere allegarunt.

Acta fuerunt hec in arce Ziefar sub anno domini, indictione die mense horis et pontificatu quibus supra, presentibus honorabilibus providis et validis viris Thoma Baniz, Sigismundo Brizke, Hans Borg., Richardo Bardeleve ac quam pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa vocatis et requisitis.

De premiffis omnibus et fingulis Ego Hinricus Laurentii pro tempore Reverendi Domini Hieronimi Epifcopi Brandenburgeni Vicarius proteftor manu propria.

Gerden's Stifte-Hiftorie S. 676—680.

DXVI. Biſchof Hieronymus befiehlt der Stadt Wittenberg einen gefänglich eingezogenen Geiftlichen freizulaffen, am 21. Nov. 1512.

Hieronimus, Dei gratia Epifcopus Brandenburgensis, univerfis et fingulis plebanis viceplebanis divinatorum rectoribus et clericis in et per sedem Wittenberg ubilibet conſtitutis et prefertim divinatorum rectoribus in oppido Wittenberg ſalutem in Domino. Fide digna relatione accepimus, Quoniam Caſpar Tenschel Judex, Tilo Dehne, Hans Ritter, Matheus Globbigk, Jacob Dranddorff, Meifter Claues Bildenhauer, Andreas Kelner, Hans Richter, Paul Baytz, Ambroſius Amdar, Hans Modde, Hans Hogendorff, Hans Burchart, Blaſius Riſch, Otto Sulſtorff, Benedictus Schulte proconſules et conſules dicti oppidi Wittenberg cum eorum complicitibus multis diebus effluxis quendam Clericum Glorium Swahn qui clericus communiter habebatur habitu et tonſura inceſſit clericali in eccleſiaſticae immunitatis derogationem propria autoritate cepiſſent et incarceraviſſent ſeu capi et incarcerari feciſſent. Et quamvis per commiſſarium noſtrum alioſque conſiliarios noſtros ut ad noſtram curiam eundem remitterent eoſdem monere et requiri fecimus ac de clericatu ipſius ultra famam publicam et quod pro tali ſe geſſerat per literas pontificis et ſui ordinatoris probatum fuerat; Ipſi nihilominus tamen tradere et preſentare renuerunt ac expreſſe recuſaverunt, ſed ipſum huc uſque contra ſacrorum canonum inſtituta et eccleſie libertatem in carceribus auſu temerario detinuerunt ac detinent principalis excommunicationis ſententiam juxta Canonem: Si quis ſuadente diabolo damnabiliter etc. Vnde nolens hoc facinus temerarium ſurda aure pertranſire impuniter, quinimo quantum poterimus temeritatem et audaciam dictorum judicis proconſulum et conſulum ac eorum complicitum refrenare, vobis omnibus et fingulis predictis et uni cuilibet in virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationis ſententie pena diſtrictie precipiendo mandamus, quatenus mox viſis et receptis preſentibus accedatis quo fuerit accedendum, Et predictum judicem proconſules et conſules ac eorum complices autoritate noſtra exſuperabundanti moneatis, ut dictum Glorium Swahn quem ad noſtram curiam revocamus per preſentes adhuc infra ſpacium viginti horarum inſinuacioni preſentium immediate ſequentium a dicta captivitate ſine aliquo gravamine liberent et relaxent eumque liberum et ſolutum dimittant ſub excommunicationis et Centum florenorum Camere noſtre applicandorum penis et multis, offerentes cuilibet querulanti de predicto clerico juſtitie complementum nos reddituros. Alioquin quamdiu predictus clericus in captura hujusmodi detentus fuerit in omnibus et ſingulis eccleſiis monaſteriis capellis et locis in et per oppidum Wittenberg ſervetur et ſervari faciatis ſtricteſſimum eccleſiaſticum interdictum non reſeſſuri ab his donec aliud a nobis receperitis in mandatis. Quod quidem interdictum ad locum preſatum Dei nomine in his ſcriptis ferimus et promulgamus citantes quoque peremptorie antedictum judicem proconſules et conſules cum eorum complicitibus omneſque et ſingulos, qui preſatum clericum Glorium Swan incarceratum detentioni et incarcerationi auxilium et favorem dederunt, ut tertia die executioni preſentium immediate ſequenti ſi juridica fuerit, ſin autem prima die juridica extunc ſtatim ſecutura coram nobis aut noſtro in hac parte ſurrogato et ſurrogando Sieſar